

*NvK an Lorenz Blumenau. Er mahnt nochmals an, dass sich Hz. Sigismund dem päpstlichen Urteil unterwerfen und sich auch bereit zeigen müsse, die Brixner Kirche zu entschädigen.*

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 213. Über dem Text: Doctori Laurencio.  
Erw.: Jäger, Streit II 70.*

Eternam salutem. Cum alias monitorium<sup>1)</sup> dudum ante nostrum ad Senas adventum<sup>2)</sup> decretum affigeretur valvis, statim scripsi vobis<sup>3)</sup> de ipso in die statuta in eo, scilicet quarta augusti, et perswasi, uti ante, ne dominus dux cogitet velle armis apostolice sedi resistere, sed pocius humilitate subiectionis se ponere in omnibus ad manus pape, eciam in restitucionibus, quia illa est brevior via, per quam cicius res conductetur, eciam me quitavi, si vellet acquiescere consilio meo utique, deo teste, fidelissimo, sicud futura docebunt. Tunc promissis illis, in quibus cavetur, quod consulere et adiuvare debeam, ipsum in hoc casu satisfeci.

Nunc receptus est s. d. n. invariabilis post publicacionem monitorii, et ideo repeto, que prius scripsi<sup>4)</sup>, si forte prima littera ad manus vestras non pervenit. Et casu, quo ad diem quartam augusti mittere velit, quod eo cicius, si non omnes subito, saltim aliqui tunc non desint, faciam semper uti promisi. Ideo, ne credatis hoc aliquid obtentum, statim nuncium remisi.<sup>5)</sup> Laboretis, uti incepistis, pro pace, quia meritum consequemini apud deum et mundum. Valete feliciter. Ex Senis ix julii 1460.

N. cardinalis sancti Petri 15

<sup>1)</sup> *S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).*

<sup>2)</sup> *NvK traf am 26. Mai 1460 in Siena ein; s.o. Nr. 6234.*

<sup>3)</sup> *S.o. Nr. 6252 (1460 Juni 20).*

<sup>4)</sup> *S. Anm. 3.*

<sup>5)</sup> *Nämlich den Boten, der das Schreiben vom 28. Juni überbracht hatte. Sein Name war Augustin; s.o. Nr. 6255.*